

Pra. 8. num. 10.

1758, 10^a

DISSE
TATI
O PRIMA
DE
LITTERIS REQVISITORIALIBVS
EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI
ET RECENTIORI

QVAM
DE O FAVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO II.


MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI
BRVNSVICENSIVM ATQVE LVNEBVRGENSIVM DVCE
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE ET CONSENSV INCLYTI IVRECON-
SVLTORVM ORDINIS
PRO SVMMIS
IN VTROQVE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
CHRISTIAN. IAC. DE ZWIERLEIN
WETZLARIENSIS
S. T. G. M.

CAL. APRILIS C^lIXCC^{viii}III.

GOETTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA, CVRANTE F. A. ROSENBUSCH.







P R A E F A T I O.

Quum moribus maiorum sit receptum, vt, qui summorum in vtroque iure honorum desiderio tennentur, publicum aliquod diligentiae suae exhibeant specimen: mihi eodem studio flagranti de simili specimine cogitandum fuit. Atque ego quidem, quum ea de re initio mecum ageretur,

P R A E F A T I O.

*pignorationum imperii doctrinam, commentatione quadam comprehendere constitueram. Verum enim vero statim animum mutaui, ex quo OPTI-
MI PARENTIS mei voluntas mihi innotuit, QVI,
litteras, quas dicunt, requisitoriales, earumque
in summis imperii tribunalibus vsum, dissertatio-
ne inaugurali pertractare iubebat. Quam quidem
demandata mihī prouinciam, eo minus suscipe-
re dubitaui, quum perspicerem, ita comparatam
esse, huius argumenti rationem, vt dubitari vix
queat, fore, vt ob insignem suam in foro vtilita-
tem se lectorum animis commendaret. Neque
mea proposito auocare valuit, cogitatio, esse hanc
doctrinam aliorum iam industria, explicatam satis*

illu-

P R A E F A T I O.

illustratamque *) nondum enim ita penitus extri-
catum dilucitatumue mihi videbatur argumentum,
vt nulla plane amplius luce indigeret. Iter igitur
ingressus opellae meae manus admoui. Ita au-
tem rationes meas componendas esse duxi, vt tri-
bus a se inuicem separatis dissertationibus, littera-
rum requisitorialium doctrinam exhiberem, qua-
rum prima, iuris romani hac de re praecepta, al-
tera, iuris Germanici disciplinam, tertia denique
ea, quae summorum imperii tribunalium propria
sunt dogmata, contineret. Sed licet summam in

) (3

eo

*) litterarum requisitorialium doctrinam in toto quod dicunt suo
ambitu sumtam illustrarunt PETRVS REBVFFVS in comment.
ad constitutiones regias Tom. II. pag. 284. & ANTON. VDALR.
de ERATH in tractatu de requisitione judiciali Brunswigae
1747. edito. Singula capita plures habuere interpretes, quos
suo quemque loco laudabo.

P R A E F A T I O.

eo collocauerim operam diligentiamque, vt quam exorsus eram orationem, eamdem etiam omni modo absoluere, angusti tamen temporis, quibus inclusus eram cancelli, & magnitudo operis, quo minus hoc propositum ad finem perducerem, prohibuit.

Tibi ergo, beneuole Lector, primam nunc opel-
lae meae partem trado. Altera mox eam inse-
quetur. Tertiam autem, quae vsum litterarum re-
quisitorialium in summis imperii tribunalibus illu-
strabit, plane a reliquis separatam, proximo se-
mestri Wetzlariae exire iubébo. Ita vale, & fa-
ue. Dabam in Georgia Augusta prid. Cal. Apri-
lis. clobcclviii.

CON-

C O N S P E C T V S.

Introductio.

- §. 1. Quid requisitio generatim dicta.
- §. 2. Quotuplex sit.
- §. 3. Fit per litteras requisitoriales.
- §. 4. Quotuplices haec sint.
- §. 5. Quid litterae requisitoriales iudiciales.
- §. 6. Differencia earum ab iis litteris quae similes videntur.
- §. 7. de obligatione naturali eius qui requisitus est, ad satisfaciendum precibus requirentis.

CAP. I. De litteris Requisitorialibus ex usu Rom. Antiquiori.

I) In Iudiciis priuatis

- a) *An in ius vocatione romani usi sint litteris requisitorialibus §. 8.*
 - 1) *vigente adhuc republ. §. 9.*
 - 2) *ex usu facili rempubl. in sequentis §. 10.*
- b) *An in euocatione testium §. 11.*
- c) *An in executione sententiarum §. 12.*

II) In iudiciis publicis

- a) **CIVIVM**
 - 1) *An in ius vocatione §. 13.*
 - 2) *An in citatione §. 14.*
 - 3) *An in testium euocatione §. 15.*
 - 4) *An in execut. sententiarum §. 16.*
- b) **PROVINCIALIVM** §. 17.

III) In persecutione rerum suarum §. 18.

- a) *In persecutione seruorum fugitiuorum §. 19.*
- b) *In persecut. rerum furto ablatarum §. 20.*

CAP. II.

CAP. II. De litteris requisitorialibus ex vsu iuris Iustinianei.

1) An ex eius principiis obtineant §. 21.

a) IN CAVSIS CIVILIBVS

1) in citatione §. 22.

α) quid in iudice requir. desideretur §. 23.

β) quid in requisito §. 24.

γ) cuinam iustificatio citat. facienda §. 25.

2) In testimonii denuntiatione

a) in testim. euocatione ex territorio requisi-
tati §. 26.

b) in examine testimonia requisito faciendo §. 27.

3) In executione sententiarum §. 28.

α) an iudex requisitus abhuc de causa illa co-
gnosere possit. §. 29.

β) Quando executio suscipienda §. 30.

γ) Quomodo facienda §. 31.

b) IN CAVSIS CRIMINALIBVS.

1) In adprehensione reorum.

de eorum persecutio & adprehensione §. 32.
de eorum remissione §. 33.

2) In transportatione per alienum territorium §. 34.


3) In euocat. testim. §. 35.

4) In execut. sentent. §. 36.

2) Quomodo obtineant.

a) ratione formae §. 37.

b) ratione effectus §. 38.



DISSE-



DISSERTATIO PRIMA
DE
LITTERIS REQVISITORIALIBVS
EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI
ET RECENTIORI.
INTRODVCTIO.

§. I.

QVID REQVISITIO GENERATIM DICTA.

Litterarum, quae hodie a scriptoribus pragmaticis vocantur requisitorialium, originem, naturam, & usum in foris Germaniae deducendo, quid requisitionis & litterarum requisitorialium nomine intelligatur, ante omnia ostendendum est. Requisitio ergo late & in omni suo ambitu sumta est rogatio, qua is, qui ob defectum potestatis suae actum quemdam expedire vel exsequi-

A

tioni

tioni mandare nequit, auxilium petit ab illo, cui facultas est hoc praestandi.

§. II.

QVOTVPLEX SIT.

Cuius requisitionis obiectum, quum vel causa sit iudicialis vel non iudicialis, ab obiecto orta est distinctio requisitionis in *iudicialem & extraiudicialem* seu potius *a) non iudicialem*: quarum illa in causis contentiosae iurisdictionis locum habet, haec autem a rebus forensibus plane aliena, tum inter gentes, *b) tum inter membra eiusdem reipublicae*, *c) tunc obtinet*, quando alicuius eorum interest aliquid fieri, quod quo minus ipse faciat ob defectum facultatis vel physicae vel moralis impeditur.

Deinde

- a) quia quod extraiudiciale est,* *b) Exempla eiusmodi requisitionis extraiudicialis vide apud PL V-*
aliquo etiam modo iudiciale esse *POTEST. ANTON. UBALR. de TARCHVM in vita Ageſlai pag.*
ERATH. tract. de requisitione iu- *604. conf. IDEM in vita Ci-*
*dicali Cap. I. §. 3. nota ** & ab *monis pag. 489. & HVGO*
eo allegatus GEORG. MELCHIOR *GROTIUS de Iure Belli ac Pacis*
de LVDOLF de iure camerali pag. *Lib. II. cap. II. §. 6. num. 1. pag. m.*
29 57. cf. A. L. WÜRFELIVS *191. & §. 13. num. 3. p. 198.*
in dem extraiudicial- Procesſ. & 10.
- STEPH. FÜTTERI Nova Epitome* *c) Exempla vide apud A. u. de*
Procesſus imperii Lib. II. cap. I. p. *ERATH. loco alleg. §. 4. usque 7.*
32. sqq. *p. 3. 6.*

Deinde quum requisitionis duplex potissimum finis esse intelligatur, *vt videlicet quem implorauimus vel ea quae ipsi peragere cupimus, ad effectum deduci patiatur d); vel vt ipse peragat, quae ab ipsis potestate vnicore dependent, noua exinde originem trahit diuisio, cuius usus tum in iudiciali tum in extraiudiciali requisitione sese exserit.*

§. III.

FIT PER LITTERAS REQVISITORIALES.

Vt autem negotia, in quibus alterius auxilium requi-
rendo imploratur, eo distinctius cognosci queant, eo-
rumque memoria non temere intermorioriatur, sicut aliis
in negotiis, ita hic quoque litterarum usus desiderari coe-
pit, e) quae quidem ab ea quam continent requisitio-
ne litterae requisitoriales f) dicuntur, & eodem quo
ipsa requisitio, modo, inter se distinguuntur.

§. IV.

d) & illa quidem ab omni aeuo
maioribus obnoxia fuit difficultati-
bus quam haec. HENR. CHRIST.
L. B. de SENCKENBERG de euoc.
cap. II. & III. RVTGER RVLAND
de Commissar. P. I. Lib. V. cap. V.
num. 15.

e) de ERA TH. cap. I. §. 47. p. 51.
f) Porro 2) *subsidiales* ab auxi-

lio sine subsidio, quod ab altero ro-
gatur. Vocantur etiam 3) *rogato-*
riae a precibus, quas continent, 4)
mutui *compassus*, in cuius determi-
nationis originem inquirit RVTG.
RVLAND de Commiss. P. I. Lib. V.
cap. 5. num. 16. Forte haec vox non
inepte deriuatur ab Italorum *passe-*
re, quod inter alia notat, *permitte-*

§. IV.

QVOTVPLICES SINT.

Quemadmodum igitur ipsa requisitio intuitu rerum, in quibus versatur, alia est iudicialis, alia non iudicialis (§. 2.) ita etiam litterae requisitoriales eamdem ob causam in iudiciales & non iudiciales ratione obiecti distinguuntur.

§. V.

re, concedere, finere, ut adeo litterae mutui compassus, litteras *mutui officii* sive *mutuae concessionis* denotent, scilicet quod mutuum similis humanitatis officiique praestationem pollicentur. Eadem litterae apud Gallos etiam sub nomine *commissionis supplicis seurogatoriae* veniunt, memorante RADVLPHO FORNERIO *Rer. quotidian.* Lib. V. cap. 12. in EVERARDI OTTONIS *Thefauro Iuris* Tom. II. pag. 266. Germanice vocantur *Bittbriefe*, *Bitzschreiben*, Ioannes Petr. de LVDEWIG in *Conf. Hallens.* Tom. II. Lib. II. Resp. 113. num. 8. seqq. & 43. seqq. *Hilfsbriefe* de ERATH. *I. cit.* cap. I. §. 42. p. 58. *Ersuchungs-Briefe*, *Compassi-Briefe*

vid. WEHNER, BE SOLD & SPEIDEL *his vocibus*. Hae quidem voces interdum distinguntur, siveque v. g. litterarum mutui compassus nomen, istis maxime litteris requisitorialibus proprium est, quae pro examine testium forensium emituntur. de ERATH *cit. tral. cap. II. §. 159. nota ** pag. 228. FRIDER. PHILIPPI *de litteris mutui compassus propter testes exhiberi solitis*. BEYERI VOLCKMANNVS emendatus P. I. Tit. V. cap. 67. pag. 394. IO. BECKII *Volstacndiges Formular* pag. 1160. num. 12. seqq. Verum haec denominationis differentia essentiam litterarum non ingreditur de ERATH *I. cit. cap. I. §. 42. pag. 58.*

§. V.

QVID LITTERAE REQVISITORIALES IUDICIALES.

Litterae requisitoriales iudiciales, de quibus vnic exponere lubet, sunt litterae, quibus iudex, ad expedientum actum potestatis iudicariae, in caussa ad suam iurisdictionem pertinente, auxilium petit ab extraneo, sine cuius consensu negotium perfici non potest.

§. VI.

DIFFERENTIA EARVM AB ALIIS.

Ex his ergo, quae modo disputauimus, adpareret, quomodo ab aliis, quae similes videntur litteris, distinguendae sint litterae requisitoriales. Ita quum litterae requisitoriales a iudice ad extraneum dirigendae sint, diserte inde probatur, neque eas quas superior ad inferiorem, g) neque eas quas inferior ad superiorum mittit, b) esse requisitoriales, quia vterque non est extraneus, verum eas

g) in his enim superior inferiorem iudicem aliquid facere compellit, quare *compulsoriales*, *Befehlschreiben*, *Zwangsschreiben* dicuntur. de ERATH. loc. alleg. cap. I. §. 43. p. 58. PETR. REBVFFVS Tract. de litteris requisitoris §. 31. pag. 286.

b) *Quae supplicatoria vel imploratoria dicuntur.* Haec autem superioritas non ex dignitatis eminentia, sed ex iurisdictionis, quae in auctorem litterarum competit, potestate, aestimanda est. PHILIPPI de litteris mutui compassus propter testes exhiberi solitis Cap. II. §. 4.

ead solum hac voce designari, quae a pari ad parem mit-
tuntur. Eadem ex causa colligitur insigne discrimen,
inter litteras requisitoriales & *intercessionales* i) quum hae
in caussis, non ad forum intercedentis, sed eius apud
quem interceditur pertinentibus, illae vero in caussis ad
forum iudicis requirentis pertinentibus mittantur. Por-
ro exinde fluit, diuersas esse litteras requisitoriales, ab
iis quas *notificatorias* dicimus, quum in illis quid rogetur,
his autem nihil petatur, sed is tantum ad quem mittun-
tur, admoneatur k) vel de actu quodam certior reddatur.
Denique eadem definitio docet differentiam inter litteras
subsidiariales & illas, quas Galli *de pareatis* vocant, quum
hae tantum ab eo qui requisitus est litteris requisitoria-
libus ad ipsum missis iungantur, ut in suo territorio
litteris requisitoriis obsequium praestetur. l)

§. VII.

i) dicuntur etiam *promotoriales*.
cf. de iis RVTGER RVLAND de
commiff. P.I. Lib. V. cap. 5. num. 21.
DAVID MEVIVS Parte III. Dec.
117. n. 7. & Decif. 145.

k) de differentia inter *admoni-*
tionem & *citationem* vid. FABER

Cod. Sabaud. Lib. I. Tit. III. Def.
55. num. 14. seqq.

l) PETRVS REBVFFVS cit.
Tract. §. XXXIII. pag. 286. IDEM
l. cit. pag. 287. Glossa II. §. I. STE-
PHAN. RANCHIN. miscellan.
Decif. voce *litterae de pareatis*.

§. VII.

DE OBLIGATIONE NATURALI REQVISITI AD SATISFA-
CIENDVM PRECIBVS REQVIRENTIS.

Peragitur requisitio iudicialis, vti omnis alia, roga-
tionibus & precibus. Dubitari igitur posset, an neces-
sitatem praestandi adiunctam habeat, quoniam quae pre-
cibus sunt obtainenda coactionem respuunt, & officia hu-
manitatis iure saltem imperfecto nituntur. Verum enim
vero quum officiorum imperfecte debitorum ea sit ra-
tio atque natura, vt ius exinde perfectum nascatur, quo-
ties quis sine praeestatione eorum ius perfecte sibi com-
petens consequi non potest *m)*, sequitur etiam iudicem
requisitum, quoties is qui requisuit, ad exercendam iu-
risdictionem suam, eius auxilio omnino eget, non im-
perfecte tantum, sed & perfecte, ad illud promte feren-
dum esse obligatum.

*m) HUGO GROTIUS de iure iuris naturalis principio. Sect. III.
Belli ac Pacis Lib. II. cap. II. §. 6. §. 16. in opusc. Vol. I. Tom. I.
num. I. pag. m. 191. IOH. NIC. HERTIVS de socialitate primo
I. cap. 16.*



CAPVT

8 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS.

CAPVT I.

DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS EX
VSV ROMANORVM ANTIQVIORI

I.) IN IVDICIIS PRIVATIS.

§. VIII.

a) AN IN IN IUS VOCATIONE ROMANI VSI SINT LITTERIS
REQVISITORIALIBVS.

Explicata ergo quantum satis esse videtur generali litterarum requisitorialium indole, transeundum nunc ad eorum usum, cum in iure communi peregrino, tum domestico. Quod ergo primum ad Romanorum hac in re placita adinet, variae omnino iuris Romani vicissitudines in liquido collocandae esse videntur, ostendendumque primum ex antiquitatis disciplina, an umquam apud Romanos in usu fuerint, quas dicimus litterae requisitoriales. Quia in re eum potissimum ordinem eligendum esse censui, quem & in foro Quirites in pertractandis causis, sequuti sunt. Initium igitur ab in ius vocatione faciamus, *quia omnium actionum instituendarum ab ea principium est n^o*, & ante omnia inuestigabimus, an in

n^o) §, vlt. Instit. de poenis temere litigant.

EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI. CAP. I. 9

in hac, vestigia quaedam litterarum requisitorialium adpar-
eant. Ne tamen, quum in hac doctrina versamur, diuer-
fas iuris Romani aetates inter se misceamus, quid sub li-
bera republica, quid porro sub imperatoribus, cum ante
Iustinianum, tum ex iuris ab eo concinnati corpore, de
vſu earundem dicendum sit, distinetē percensebimus.

§. IX.

1) AN SVB LIBERA REPUBLICA.

Iam quidem illud primum omnium satis constat, in
ius vocationem, a qua iudicia priuata initium cepisse di-
ximus, non publica factam esse auctoritate, vel ad praec-
cedentem praetoris citationem, sed auctoris has fuisse par-
tes, ut reum, vnde aliquid petiturus esset, ad praetoris
tribunal euocaret, o) sique sua sponte sequi nollet, eum-
dem obtorto collo in ius raperet p). Neque etiam pri-
mis

o) CAROLVS BRETVS l. c. RATIVM Serim. I. v. 9. VALE-
cap. 22. p. 1177. BARNAB. BRIS-
SONIVS de formul. Lib. V. ab init. RIVM MAXIMVM I, 2. GEL-
p. 366. IO. GOTTL. HEINECGII Ar-
tiquit. Syntagma Lib. IV. Tit. VI.
§. 14. pag. 221. I. H. C. de SELCHOW
Elem. A. L. II. c. VII. S. III. §. 302.
p. 214.

p) Exempla vide apud PLAV-
TVM Rud. III, VI, 28. seq. HO-
TVM pag. 280. seqq. de SELCHOW
l. c. §. 303. pag. 215.

B

10 DISS. I. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

mis certe vrbis conditae temporibus, vllum omnino re-
medium proditum esse legimus, si quis ad euitandam lit-
tis ipsi mouendae discussionem abesseret, vt adeo facile
colligatur, litterarum etiam requisitorialium eo tempo-
re vsum hac in re nullum fuisse. Enim uero quium hoc
ipsum fraudi esset multis, quorum idcirco res & iura
vsu capiebantur: posterioris aeui disciplina legitima in-
troductum est, vt si quis in ius iam legitime vocatus q),
eique dies postea conductus esset, isque copiam sui non fa-
ceret, editio praetoris, ad causam pro tribunali peroran-
dam euocaretur, sique primae vocationi morem non ge-
rerer reus, actor in bona eius immittebatur, & reus denuo
citabatur. Si & alterum praetoris iussum, & tertium,
qui peremtorius erat, sperneret, petitori bona addiceban-
tur, & post triginta dies sub hasta vendebantur, vt adeo
litterae requisitoriales ad hanc in ius vocationem non
omnino accessisse videantur, quum scilicet reo in ius non
vocato, & quum ei dies dictus non esset, nullum omni-
no ius agendi adesset, sin vero semel rite vocatus dolose
latitaret, ob introductam missionem in bona harum
litterarum auxilio litigantes non indigerent. r)

* Neque

q) HVB, GIPHANIVS de or-
dine iudiciorum cap. XII. p. m. 83.
seq.

r) VULPIAN. Lib. VIII. Dispu-
tat. L. 68. D. de iudic. IDEM
Lib. XII. ad Edit. L. 21. §. 2. D. ex
quib.

EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI. CAP. I. II

* Neque diuersa ratione res expedita videtur, si cum peregrino agendum fuerit. Licet enim ex praescripto LL.
XII. TABB. peregrini non eodem, quo ciues modo,
in ius vocarentur, sed *hostibus* tantum dies flatueretur;
CICERO de officiis L. I. c. 12. *GELLIVS Noct. Att.*
XVI. 4. *CAROLVS BRETVS in ordine perantiquo iudiciorum ciuilium cap. 23.* in operib. p. 1280. *IOAN. HENRICVS CHRIST. de SELCHOW in Elem. Antiq. P. I.*
Lib. II. cap. VII. Sect. III. §. 3H. pag. 220. ipsos tamen
absentes singulari munitos fuisse priuilegio, persuadere
mihi non possum. cf. *IO. NIC. FVNCCIVS in comment. ad XII. Tabb.* pag. 102. seqq.

§. X.

2) AN EX VSV SAECVLI REM PVBLICAM INSEQUENTIS.

Ita vigente adhuc republica. Quamuis autem mo-
rem illum reos praesentes per adparitores s) siue exse-
quatores

quib. cauiss. maiores. *CICERO pro Iudiciis L. I. cap. 18.* p. 449. seq. de
Quint. Cap. VI. CVIACIVS Lib. SELCHOW l. cit. §. 313. p. 221.
X. Obs. 10. *DVARENVS Disput.* s) Hos *VLPIANVS* manum
annivers. I. I. *GOVEANVS Lect.* vocat praetoris militarem, in L. 68.
iur. Lib. I. cap. 47. *SIGONIVS de D. de R. V. de eorum officiis vid.*

NIEV.

12 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

quatores citandi CONSTANTINI demum MAGNI aetas produxerit *t*), & ad eius vsque tempora priuata in ius vocatio intuitu reorum praesentium viguerit, circa absentium tamen citationem, iam ante GORDIANI aeuum quaedam immutata esse videntur *u*). Quum enim saepe accideret, vt qui absentes contumaciae subierant poenam, postea domum reduces, vel ob iustum citationis editi alii ignorantiam *x*), vel ob absentiae necessitatem *y*) ad restitutionis in integrum prouocarent auxilium,

ex

NIEVPORT *in rituum Romanor. explicat.* Sect. II. cap. XV. p. 190. deque variis eorum divisionibus vid. IOAN. MATTHIAS GESNER. *in Thesauro linguae & eruditionis Romanae* Tom. I. col. 395. conf. 10. GEORG. ESTOR *de iure magistratus non rogati a iudicante, exsequendi sentent. quam tulit magistratus prouinciae alius.* Cap. I. §. XVII. p. 12. & C. II. §. XVIII. p. 13.

t) GERARDVS NOODT *in comm. ad ff. Tit. de ius voc.* pag. 55. VLRICVS HVBERVS *in praef. ad ff. Tit. cod. §. I.* pag. 990. HOTOMANN. *Antiq. Roman. V. 5.*

ANT. MATTHAEI *disput. de iudiciis VI, th. 5.*

u) Epistola GORDIANI ad A. SEVERVM *in L. 2. C. quomodo & quando iudex.*

x) EIVSDEM Epistola ad A. ANTISTIVM *in L. 3. Cod. eiusdem tit.*

y) IMPP. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS *in L. 10. cit. Tit. EDICTVM PRAETORIS ex VEPIANO* Lib. XII. ad Ed. in L. I. §. 1. *ex quibus causis maiores. VLPIANVS* Lib. XI. ad Edict. in L. 7. *in f. de minoribus. HERMOGENIANVS* Lib. I. *iuris Epitom.* in L. 53. §. 2. & 3.

¶.

ex usu aetatis rempublicam subsequentis inualuisse videatur, ut ad praescindendas omnes reorum excusationes, iudices interdum loco citationis edictalis *z)* per litteras vel denunciationes *a)* reis bellum, quod contra eos parabatur, indicarent. *b)* Qui modus denunciandi moribus quidem postea receptus *c)* & constitutionibus principum adprobatus est. *d)* Qua ratione autem in territorio iudicis alterius, iurisdictioni subiecto fuerit expeditus, de eo altum in **LL.** nostris obtinet silentium. Quare ad iuris nostri

π. de re iudicata. SYN. BASIL. VIII. Tit. i. ex. Lib. IX. Tit. I. cap. 60.

z) DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in L. 9. Cod. quomodo & quando iudex. IVLIVS PAVLVUS Recept. Sent. Lib. V. Tit. V. §. 6. pag. m. 784.

a) Et quidem trinas, ita enim IVLIVS PAVLVUS Rec. Sent. Lib. V. l. cit. TRINIS LITTERIS vel edictis, aut uno pro tribus dato, aut TRINA DENUNCIATIONE conuentus, nisi ad iudicem a quo sibi denunciatum est, aut cuius lit-

teris vel edictis conuentus est, veniret, quasi in contumacem dicta sententia, auctoritatem rerum iudicatarum obtinet.

b) EDICTA affigebantur, LITTERAE ad reum mittebantur, DENUNCIATIONES per executores siebant: verba sunt DIONYSII GOTHOFREDI in notis ad Paul. l. c. nom. 22. p. m. 784.

c) IMP. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in L. 7. C. quonodo & quando iudex.

d) IUDICIA in L. 9. C. ciurd. tit.

14 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

nostri analogiam recurrendum est, in decidenda hac quæstione, & quum ille, qui in alterius territorio ius dixerit, iurisdictionem eius violasse videatur, e) litteris vel requi-fitorialibus, vel supplicatoriis, vel compulsorialibus, se-cundum distinctionem supra traditam, magistratus hoc casu usos esse, ratio atque natura iurisdictionis docet. Videri quidem poterat, ciuem saltem Romanum, ob for-um originis, quod Romae habebat, hac ratione sine litteris etiam requisitorialibus Romam euocari potuisse f), quum constituto alibi domicilio huic foro praeiudicium fieri non debeat g). Enim uero licet, qui alibi degebatur ciuis Romanus, v. g. in prouinciis, forum ille quidem originis in tantum retinebat, ut ad munera pu-blica h) Romae vel in municipio obeunda compelle-
retur;

e) cf. D. A. V. MEVIUS P. VII.
dec. 390. IVST. HENN. BOEH-
MER comp. π. L. II. Tit. IV.
§. 16. lit. δ) CHRIST. LEON-
HARD LEVCHT *de turbatio-*
ne iurisdictionis in tractatibus
Acad. p. 606. seq.

f) conf. CICERO *de Legibus*
L. II. c. 2.
g) IVLIUS PAVLVS *Sentent.*
Lib. I. in L. 22. D. *ad municip. & de*
incol.
h) IO. GOEDDAEVUS *ad L. 190.*
D. *de V. S. num. 4.*

retur; si tamen domicilium Romae plane non haberet, i)
quin iurisdictioni magistratus prouinciam regentis plene
fuerit subiectus, neque adeo sine eius praescitu ei lis Ro-
mae denunciari potuerit, facile est ad animaduertendum,
licet de forma denunciationis non constet, neque etiam
probari possit, vtrum litterae requisitoriales fuerint adhi-
bitae, vel simplici ad magistratum facta rei delatione res
confecta fuerit.

§. XI.

b) AN IN EUOCATIONE TESTIVM.

Hactenus de in ius vocatione. Transeo ad testium
euocationem. Euenire nempe, vti & hodie solet, quam
saepissime poterat, vt in iudiciis priuatis ad rite suscipien-
dam probationem testibus opus fuerit, alterius quam eius,
coram quo aetio instituta erat, potestati subiectis. Quid
autem tunc faciendum? Dabatne is, qui iuri dicundo prea-
erat, litteras subsidiales ad eum, cuius iurisdictionem testes
agnoscabant? Atque hoc factum esse non puto. Is enim,
qui ius dicebat, partibus curam rite perficiendae pro-
batio-

i) VLFIANVS Lib. 60. ad Edi- GERARD. NOODT ad tit. de iu-
ctum L. 19. §. 2. in f. D. de iudiciis. dig. pag. 153.

16 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

bationis relinquebat, siue ea per testes facienda, non testimonium ipse testibus denunciabat, sed partibus facultatem dabat testibus testimonium denunciandi. Hi vero vel ipsi testes adibant eosque precibus suis aut largi praestatione viatici commouebant, ut in iudicio se fistarent k) vel litteras ad eos mittebant, eosque rogationibus suis inducebant, ut testimonium tabulis mandarent sibi transmittent, l) quod non in publicis tantum iudiciis, verum in priuatis etiam factum esse legitur, licet quae de denunciatione testimonii relata sunt apud veteres, proprie de publicis intelligenda sint iudiciis. Quodsi autem testimonium dicere detrectarent testes, non iudex, coram quo causa ventilabatur, eos euocabat, atque litteras requisitoriales ad eum, cuius iurisdictioni subiecti erant, mittebat m), sed pars eorum

testi-

k) CIC. pro Flacco Cap. VI, 10.
in Verrem Act. I. c. 2.

l) QUINTILIANVS Declam.
V, 6. CIC. in Verrem Act. I. cap. 5.
HEINECCIVS Antiq. IV, XVIII, 27.
P. 335.

m) conf. CAROLVS SIGONIUS de iudiciis Lib. I. cap. 25.
pag. m. 499. Nec obflat rescri-

ptum DIVORVM FRATRVM
in L. 3. §. 6. D. de testibus, quod
euocationem a iudice faciendam
innere videtur, quum illud non
de priuatis sed de publicis iudiciis
intelligendum sit, sicuri hoc ex
inscritione citatae L. 3. D. de te-
stibus adparcat.

testimoniō vſura magistratum, ctiū subiecti erant, precibus suis adibat, vtque is ab iis testimonium extorqueret, petebat.

§. XII.

c) AN IN EXECVTIONE SENTENTIARVM.

Progređior ad sententiae executionem. Sententia autem vel Romae lata erat vel alibi. Si Romae lata, bona autem, in quae executio facienda, in prouincia sita esset, praetor vel ipse executores in prouinciam mittebat ⁿ⁾, vel praesidi prouinciae executionem mandabat, idque non per litteras compulsoriales, sed quas requisitoriales vocamus, quod ideo maxime est probabile, quod non ea fuit magistratus praetorii dignitas, vt pro imperio aliis magistratis praesertim in prouinciis, quae separato fere singulae iure vtebantur, quaedam facienda iniungere potuerit, ^{o)} vt adeo quae pro imperio adornari non poterant, precibus scriptis, h.e. litteris subscriptis peragi debuerint. Si autem in prouin-

ⁿ⁾ exemplum est in L. i. C. de execut. rei iudicatae, vbi index auctoritate praetoris (arg. L. 15. §. 1. ff. de re iudicata) pignora capi & dis trahi iusserat.

^{o)} Par enim in parem imperium

non habet, ait VLPIANVS Lib. IV. de Fideicomiss. L. 13. §. 4. π. ad Sc. Trebell. PAVLVS Lib. XIII. ad Ed. L. 4. ff. de arbitr. Neque obstat, quod VLPIANVS Lib. III. de Off. Cons. afferat, rescriptum esse ab im pera-

18 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

prouincia sententia lata, atque vel Romae vel in alia pro-
uincia executionis situm erat obiectum, tunc pars viatrix
ibi, vbi pignora capienda vel immisso in bona facienda erat,
actionem iudicati instituebat, p) sique ea sine litteris re-
quisitorialibus consequebatur, ad quae adipiscenda ex sen-
tentia lata ei ius quaesitum nascebatur q). Hoc tamen
etiam casu litteris requisitorialibus locum fuisse suspi-
cor r).

II.) IN

peratore: Sententiam Romae dictam
etiam in prouinciis posse praefides
si hoc iussi fuerunt ad finem perse-
qui: L. 15. §. 1. ff. de re iudicata,
quum hic iussus non a praetore, sed
a principe praecedente ad eum facta
relatione, processisse intelligendus sit.
BODINVS III., de republic. Lib. VI.
& **GOTHOFREDVS** ad L. 15. ff.
de re iud. n. 6.

p) Haec enim institui potest vbi-
cunque locorum rens forum fortifi-
etur. **BARTOLVS** in L. 15. ff. de re
iud. REBVF. tr. de litteris requi-
sitor. p. 287. **Glossa II.** §. 4. c VIAC.
T. IV. ad L. III. **Resp. Papin. STRVV.**

Syntagma I. C. exerc. 44. th. 16.
WISSENBACH ad tit. de re iudicata
& eff. sentent. theor. 9. **BRVNNE M.**
ad cit. L. 15. de re ind. n. 4. p. 380.
MEVIVS P. VI. Dec. I. n. 10.

q) Exemplum est in **PAPINIAN.**
L. III. **Responfor.**, vbi contra tuto-
res puellae in loco domicilii actio-
ne mutui conuentos, quum mu-
tuum restituere damnati essent, post-
ea in loco contractus actio iudicati
instituta est. L. 45. §. 1. ff. de iudi-
ciis.

r) arg. L. 15. §. 1. ff. de re iudicata.

II.) IN IUDICIIS PUBLICIS s)

a) CIVIVM.

§. XIII.

t) AN IN VOCATIONE IN IUS.

Haec de iudiciis priuatis. In iudiciis publicis eodem, quo in priuatis, modo in ius vocationem factam esse, eorum ratio atque natura docet. t) Reus igitur ab accusatore praecedente nominis delatione, prehensus, volens in iudicium ducebatur, nolens trahebatur. Sin vero is, cui negotium parabatur, abesset, u) exspectandum tamdiu erat,

s) De iudiciis populi separatim agere dubitauit, cum 1) quia iam ab a. V. C. DCIV. CENSORINO AC MANILIO COSS. initium a repetundis LEGE CALPVRNIA FISONIS factum est (PIGHIVS Tom. II. annal. Pop. Rom. pag. 447.) vt quae antea apud Populum in comitis agerentur iudicia, singula, singulis Legibus sensim quae sitorem perpetuum nanciscerentur, atque adeo iudicia populi tandem omnia cessarent, praeferunt quin ipsa adeo perduellio, Praetorem suum, perpetuum quae sitorem nancisceretur. cf. MISCELLANAE OBSERV. BELG. T. X. p. 257. sqq.

CAROLVS SIGONIVS de antiquo

iure prouinciarum Lib. II. c. 4. G. L. BOEHMER de delictis extra territorium admitti §. 1. de SELCHOW Antiq. P.I, Lib. II. c. VII. S.I. §. 252. p. 168. tum etiam 2) quia iudicia publica ea retinuerunt omnia, quae de literarum requisitorialium & vnu & non vnu in iudiciis populi occurrabant,

t) SIGONIVS de Iudicis Lib. II. c. 8. p. 553.

u) praesertim si reipubl. caussa absentes esse deprehenderentur, quod Augustus adhuc priuatus petuisse dicitur. vid. SVETONIVS in Aug. cap. X.

C 2

20 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

erat, donec eius redditus in ius vocationi locum paeberet
x). Quae quum ita sint, ad vocationem in ius quod ad-
tinet, eam sine omni litterarum requisitorialium expedi-
tam fuisse auxilio, quis est, qui non videat. y)

§. XIV.

2) AN IN CITATIONE.

Non raro autem accidebat, ut iudicij perficiendi causa
tam accusator quam reus citandi essent. z) Quid si tunc
reus a) se non sisteret? Tunc ob criminis conscientiam
absens

x) CAR. SIGONIVS *I. cit.* p. 552.

y) In iudiciis populi vel sclo de
crimine quodam quaefatio ad certum
magistratum deferebatur, LIVIVS
IV, 51. IDEM XXXVIII, 54. vel dies
reο ab accusatore dicebatur. Qua di-
cta aut vades dandi, si cauſa capitalis,
LIVIVS III, 13. IDEM XXV, 4.
aut praedes, si non capitalis, GELLIVS
Noct. Att. VII, 19. quod si hoc fa-
cere non posset reus in carcere
abducēbatur. GELLIVS *I. cit.* Sin
autem faceret, dimittebatur e foro.
LIVIVS Lib. III, c. 13. HEINECC.

Antiquit. IV, XVIII, 38. p. 343.

SIGON. *de Iudic.* Lib. III, c. 7. p.
697. & 698. PLAUTVS *Perf.* II,
4, 18. GERHARD. NOODT *de lu-*
risdicēt. II, 20. hic ergo eodem quo
in iudiciis publicis modo litterarum
requisitorialium vestigium non oc-
currat.

z) SIGONIVS *de Iudic.* Lib.
II. c. II. p. 564.

a) Accusatore non comparente
eximiebatur accusati nomen de reis.
Exemplum vide in ASCONIO *in*
Argum. Orat. pro Cornel. p. 124.
Ibi.

EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI. CAP. I. 21

absens esse censebatur. Quare non litteris accusatoriis petebatur, sed criminis damnabatur & exilium, in quod sponte migrauerat, iustum ei esse b) iudicum statuebatur sententia c).

§. XV.

3) AN IN TESTIVM EVOCATIONE.

Progredior ad testium euocationem. d) Duo autem testium erant genera in iudiciis publicis, alii voluntarii, alii

Ibi. Postera die cum P. *Cassius* assedit, & citati accusatores non aderent, exētum nomen est dēreis *Cornelii*. de SELCHOW l.c. §.264. p.175. SIGONIUS l.c. cap.XI. p. 564. HEINECC. Antiquit. IV, XVIII, 22. p.330. Post S. C. Turpillianum autem ab A. V. C. 814. hoc sub poena calumniae non amplius licuit. TACITVS XIV, 41. NOORDKERK ad L. Petronium pag. 138.

b) Exemplum habet ASCONIUS in Milonian. p. 205. Milo apud L. Fabium Quaestorem iterum absens,

damnatus est de vi. SIGON. HEINECC. & de SELCHOW ll. citt.

c) Eadem ferme ratio erat iudiciorum populi, in quibus si citatus neque excusatus non afflueret, ei pro arbitrio magistratus poena irrogari poterat. SIGON. de Iud. III, cap. 8. p. 698.

d) de numero testium in iudiciis publicis determinato vid. LEX MANILIA, quam ex FRONTINO in Lib. de limitibus exhibet SIGON. de Iud. I. cap.25. pag. 499 & EDITVM PRAETORIS de recuperatorio iudicio, quod ex PROBO

22 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

alii necessarii. Illis accusator simul cum reo, his solus vtebatur accusator e). Ii igitur quorum testimonio reus vti vellet, nisi eos precibus suis commoueret, cogi non poterant. f) Ii autem, quibus accusator ad suscipiendam probationem vtebatur, vel ab eo promissionibus inducebantur, g) vt sponte testimonium praestarent, h) vel si sponte facere detrefarent, testimonii denunciatione terrebantur h*) vel denique testimonium ipsis publice denuncia-

in libro de notis excerptum tradit
SIGON. l. c. de numero testimoniū
in repetundis vid. VALER. MA-
XIM. VIII, l.

e) QUINTIL. V, 7. Duo erant
generatēstium, aut voluntārium, aut
eorum, quibus iudex publicis iudiciis
Lege denunciare solet. Quorum al-
tero viaque pars vtitur, alterum
accusatoribus tantum proprium est.

f) QUINTIL. l. c. PLINIVS
Lib. V. ep. 20. §. 2. Interdum ta-
men ipsi reo testimoniū euocatio per-
mittebatur. BRISSON. Sel. iuris
Antiquit. II, 1. p. 49. Quod extesli-
moni Plinii l. c. quum Varenus am-

bitus accusatus esset adparet, qui
actum esse ait in senatu: *vt in posse-
rum sicut accusatoribus inquirendi
testibus denunciandi potestas esset,
ita reis quoque esse deberet* PLIN.
VI. 29. §. 11. seque pro Vareno, id
postulante, dicentem, obtinuisse.
IDEM VI, 5, §. 2.

g) exemplum Laelii largi praef-
statione viatici, testes inducentis vi-
de apud CIC. pro Flacco c. VI.

h) CICERO l. c. idque medi-
antibus tabulis fieri poterat. IDEM
in Verrem I, 5. CALLISTRA-
TUS Lib. IV. de cognitionibus in
L. 3. §. 4. de tēstib. HEINECC. An-
tiq.

nunciabatur, quod tam ab accusatore *i*) qui ipse testes, praecedente nempe Praetoris iussu *k*) adibat *l*) quam a praetore *m*) ipso *n*) fieri poterat *o*). Quod vero hoc, utroque casu litteris requisitorialibus vñ sint magistratus probabile non est. Lege enim a Lucio Pisone Censorino & Manilio Coss. a. V. C. DCIV. de repetundis lata, & Legibus reliquis de criminibus publicis, quae eam insequitae sunt *p*), populus potestatem suam de criminibus

tiq. XIV, XV, 27. p. 33. quod tamen postea principum constitutionibus immutatum est. **CALLISTRATVS** L. cit. in L. 3. §. 3. ff. *de testibus.*

b) Ita CICERO pro Flacco cap. VI. eos (ait) qui domo exire nollebant, testimonii denunciatione terruit, cf. ERN. IMMUNVEL TENZEL *de tortura testimonium*. cap. III. §. 3. seqq. pag. 64.*

*i) CICERO pro Flacco cap. VII. VENVLIEVS Lib. II. *de iudiciis publicis* in L. 20. D. *de testimoniis. Constitut. HONOR. & THEODOSII* in L. 12. C. ibid.*

*k) TACIT. *Anual.* XIII, 52.*

l) CICERO in Verrem Act. I, c. 2.

*m) FRAN. POLETTI *historia fori Romani* Lib. III. c. VII. p. 247.*

qui & interdum ipse iudex quaestio- nis erat. Interdum vero hoc munus alicui e iudicium numero deferebatur. POLETTVS l. c. in corollari. n. 2. p. 248. quo facto iudex ea, quae ad cognitionem pertinebant, praetor autem ea, quae meri imperii erant, sibi vindicabat. POLETT. l.c.

n) QVINTIL. loco alleg.

o) Atque tunc testes testimonium praefare obligati erant. PLINIUS II, II. §. 5. IDEM III, 9, 29.

p) de SELCHOW l. c. P. I. L. II, cap. VII. Sect. I. §. 252. p. 168.

24 DISS. I. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

minibus iudicandi, in quaestorem & iudices quosdam ei adiunctos transtulerat. q) Qui quidem, ob insignem sibi a populo demandatam potestatem, a litterarum requisitorialium necessitate immunes fuisse non immerito videntur. r)

§. XVI.

4) AN IN EXECVTIONE SENTENTIARVM.

Superest, ut de sententiis dicamus, & an in earum executione litteris requisitorialibus locus fuerit. Ante autem quam de ipsa sententia agamus, praemonenda quaedam necessario erunt, ut ea, quae insequuntur, eo facilius queant intelligi. In iudiciis nempe publicis, dies aliqua a praetore dicebatur, qua cognitio suscipienda erat. s) Hac veniente accusator & reus a praecone iussu praetoris

q) Testatur hoc CICERO pro Flacco cap. I. *Quem obtester? quem implorem?* - - *An populum Romanum? at is quidem omnem de bonis potestatem tradidit vobis.* cf. POLETTVS III, 7. p. 242.

r) Neque diuersam fuisse iudiciorum populi rationem, eam ob

causam suspicor, quod in iis eodem, quo in iudiciis publicis, modo probatio & susceppta & peracta sit, SIGONIVS III. cap. IX. p. 699.

s) CIC. in Vatin. cap. 14. ASCONIVS p. 40. & p. 77. de SELCHOW Antiquit. Parte I. Lib. II. cap. VII, Sect. II, §. 264. pag. 175.

ris citabantur. Si tunc reus se non sisteret, exsiliū ei irrogabatur, t) non autem mandato aliquo comprehensorio ipsum iudex persequebatur, u) si vero compareret,
eadem

t) Ita sub imperatoribus. Sub libera enim republ. non irrogabatur exsiliū, sed reus poenam euitatūrus, antequam sententia dicta es-
set, exsiliatum abibat, & pronun-
ciabatur deinde videri eum in iuslo
exsilio esse. vid. *sipra* §. 13. & L A-
CTANTIVS de Orig. error. XI,
c. 2. exsiliū enim quasi ara erat,
quae eos contra Legum rigorem
tuebatur. CIC. pro Caecina cap. 34.
Exsiliū enim non supplicium est, sed
perfugium portusque supplicii. Nam
qui volunt poenam aliquam subter-
fugere aut calamitatem, eo solum
vertunt, hoc est, sedem ac locum mu-
tant. Itaque nulla in Lege nostra
reperiatur, ut apud ceteras ciuita-
tes, maleficium ullum exilio esse
multatum. Sed cum homines vin-
cula, neces, ignominiasque vitant,
quae sunt Legibus constitutae, con-

fugiant quasi ad aram in exsiliū:
qui si in ciuitate Legis vim subire
vellent, non prius ciuitatem quam
vitam amitterent. Exemplum Lu-
cii Tibuli sponte exsiliū subeuntis
vide apud CICERONEM de Fini-
bus Lib. II. c. 16. Quid autem sub
imperatoribus hac in re immutatum,
tradunt DIO CASSIVS Lib. LV.
pag. 562. Lib. LVI. pag. 587. T A-
CITVS III, 68. IV, 13. 21. VI, 30.
IACOEV S CVIACIUS XX, 31.
BARNABAS BRISSONIVS Select.
Antiq. III, 5.

u) Hoc exinde concludo, quod
Romani cum quibusdam ciuitatibus,
quas foederatas dicebant, pacium ini-
erint de recipiendis eis, qui ex urbe
agroque Romano aufugissent. de
SELCHOW Antiquit. P. I. Lib. I.
cap. III, §. 60. p. 39. IDEM P. III.
cap. III. §. 828. pag. 589.

D

26 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

eadem adhuc die, x) sententia ferebatur, y) reusque adhuc praesens adprehendebatur z), & prouti sententia iudicium iudicatum erat, puniebatur. In hac ergo iudiciorum publico-

x) Interdum etiam eadem die iudicium ad finem perduci non poterat, ASCON. in Cornel. p. 1308. vel ob ampliationem, vel ob comprehendinationem. I. Ampliatio erat, quum iudici nondum liquebat ob causae difficultatem. Haec ergo erat voluntaria dilatio ab arbitrio iudicis dependens. II. Comprehensione erat, quum iudex non poterat, etiamsi vellet, ea die, qua causa dicta erat, iudicare. Id quod LL. interdum introduxerunt. Vel, 1) vt ne iudex orationis eloquentia adtemere indicandum se abripi patetur, sed remissio adfici, quem orator excitauerat, iudicaret; vel 2) vt rei interdum ideo acerbiore conditione veterentur. Hoc factum e. g. est Lege Pompeia de ambitu. CICERO ad Attic. X, 4. IDEM in Bruto c. 95. item L. Seruilia de repetundis. CIC. Verr. I, 9. AV-

GVSTINVS de Legib. pag. 32. ERNESTI index Legum voce Accilia & Seruilia. Quod si autem sententia ex his causis in alteram diem differenda erat, tunc noua cognitionis die a praetore praesituta, eadem, vti supra mentionem feci, ratione res expediebatur. CONF. HEINECC. Antiquit. IV, XVIII, 33. pag. 339. & SIGONIVS de Iud. II, 20. p. 585. IDEM II, 22. p. 592. quitamen quodammodo dissentunt.

y) ASCON. p. 187. & 191. BRISONIVS Sel. iur. Antiquit. II, 1. p. 50. sqq. de SELCHOW Antiquit. I, II, VII, II, §. 265. p. 175.

z) quibus auxiliis ad adprehendendos reos vni sint, de eo vid. PLV-TARCHVS in Caes. p. 708. CICERO pro P. Quinct. c. XX. VAI-MAXIMVS. VII, 7, 6. HEINECC. Antiquit. IV, XVIII, §. 33. p. 339.

blicorum parte, litteris requisitorialibus locum non fuisse,
iuris ratione commotus contendere non dubito. a)

§. XVII.

b) PROVINCIALIVM.

Non autem vindicta criminum publica eodem, quo ciues, modo prouinciales etiam scelestos claudio persequebatur pede, verum ii, qui in prouinciis nefando crimine quietem turbauerant publicam, vt in eadem etiam prouincia b) poenae suae lugubri exemplo, alias a scelestorum

a) Neque diuersa erat iudiciorum populi ratio, si quis indicta iudicij die se non sisteret. cf. SIGON. III,

14, p. 711. ibique exemplum *Postumii & Fuluii*. Namque etiam in iudiciis populi exilium voluntarium tum auxiliis SIGON. III, 13, p. 709. tum excusationibus reorum adnumerabatur. vid. LIVIVS III, 13. Ita *Quinctius Caeso*-- dimissione foro noete proxima in Tuscos in exilium abiit. Iudicij die cum EXCVSA- RETVR solum vertisse exsiliis causa, nihilominus Virginio comitia

habente, collegae adpellati dimisere concilium.

b) Quum enim ex iuris Romani principiis, meri concessio imperii, ad delicta intra fines iurisdictionis commissa adstringeretur, omnia crima in loco delicti vindicanda erant. CALLISTRATVS Lib. VI. de cognit. L. 28. §. 15. ff. de poenis. Quare etiam IMP. VALENS atque THEODOSIVS constituerunt: ibi oportere criminum iudicia fieri, ubi facinus dicitur admissum. L. 10. & 16. Cod. Theod. de accusat. At-

28 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

rum patratione deterrérent, omni modo a praefidibus c) prouinciarum requirebantur d), & reperti pro re nata puniebantur e). Quae in reos fugitiuos inquisitio, quum si rei in alia latitarent prouincia, non alia ratione quam per litteras

que hoc eodem modo seruabatur, siue reus ex eadem esset prouincia, siue non. PAPINIANVS Lib.XVI.

Responorum L. vlt. D. de accusat.

PAVLVS Lib. XIII. ad Sabinum in L. 3. fl. de Off. praefid. Hinc neque forum deprehensionis, neque domicilii, in iudiciis publicis competens erat. BOEHMER *Diss. de delictis extra territorium commissis* §. 2. p. 4. & §. 5. p. 9. & 10.

c) Voce hac in sensu generali summa, qua quemcumque prouinciae rectorem denotat. MACER Lib. I. de Off. praefid. in L. I. D. de Off. praefid. FLOR. Lib. IV. cap. 3. STAT. v. *Sylv.* 2. Namque omnes, qui vniuersas prouincias regebant, gladii potestate gaudebant. VLPIANVS L. I. *Opin.* L. 6. §. 8. de Off. praefid. sive animaduertere in facinorosos homines debebant. G.B.

CHRIST. GEBAVERTI *Programma de differentia inter proconsulem & legatum Cæsaris Goett.* 1737.

d) In Mandatis enim principium erat, vt curet is, qui prouinciae praefest, malis hominibus prouinciam purgari. PAVLVS Lib. XIII. ad Sabin. L. 3. de Off. praefid. Eodem modo ait ULPIANVS Lib. VII. de Off. procons. Congruit bono & graui praefidi curare, ut pacata atque quieta prouincia sit, quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus prouincia careat, eoque conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere. L. 13. pr. de off. praefid.

e) VLPIANVS l.c. in cit. L. 13. pr. de Off. praefid.

litteras requisitoriales expediri potuerit, plura hic litterarum requisitorialium, tam in denunciatione citationis, iis facienda, qui absentia sua iudicij retardabant severitatem, e*) quam in adprehensione eorum, f) qui fuga sua imminente poenae tempestatem euitare studebant, occurunt vestigia. g)

§. XVIII.

e*) Quum enim a Diuo Traiano (ULPIANVS Lib. VII. de Off. proc. L. 5. §. 1. D. de poen.) atque Senero & Antonino rescriptum sit absentem puniri non debere, MARCIANVS Lib. II. Publicorum L. 1. ff. de requir. reis, & Traianus constituerit de suspicionibus aliquem damnari non posse. ULPIANVS l. cit. factum est, vt ii, qui eriminis alicuius incurraint suspicionem, a magistratibus adnotarentur, eaque adnotatio ab iisdem reis denunciatur. Hoc quonodo factum sit, docet MARCIANVS Lib. II. Publicorum. Praefides prouinciarum circa requirendos reos hoc debent facere, vt eos, quos adnotauerint Edictis adefe iubeant, vt possit in-

notescere eis, qui adnotati sunt: sed & LITTERAS AD MAGISTRATVS, VBI CONSISTVNT, MITTERE, vt per eos possit innescere, requirendo eos esse adnotatos. L. 1. §. 2. ff. de requirendis reis.

f) MACER Lib. II. de Officio praefidis. SOLENT PRAESIDES prouinciarum, in quibus delatum est, SCRIBERE AD COLLEGAS SVOS, vbi factores facinorosi agere dicuntur, & DESIDERARE, ve cum prosecutoribus AD SE REMITTANTVR: & id quoque quibusdam rescriptis declaratur. L. 7. D. de custod. & exhibit. reor.

g) Singulare proorsus requisitionis exemplum exflat in L. 2. C. de his qui latrones, vbi IMP. MARCIAN.

§. XVIII.

3) IN PERSECUTIONE RERVM SVARVM.

Corollarii loco addo quaestionem de modo, quo domini, res suas fuga vel furto, ablatas persecuti sunt. Si, quis autem rem suam persequebatur, res haec aut seruus, qui sui ipsius furtum commiserat, aut alia res domino suo furto ablata erat. Quare de inquisitione primum in seruos fugitiuos, deinde in res furtiuas agemus.

§. XIX.

a) AN IN PERSECUTIONE SERVORVM.

Si quis autem fugitiuum requirere volebat, vel a magistratu suo, litteras, impetrabat ad magistratum eius loci,

iudices iubet implorare auxilium tribunorum mediantibus litteris requisitorialibus, si latrones in praedio commorantes exsequitores pepulerint. Verba constitutionis ita concepta sunt. *Sin autem propter multitudinem forte eorum, qui in praedio sunt, ciuile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces executoribus obiecerint manus, vel alias parere distulerint; TUNC IUDEX PROVINIAE memor periculi sui, a viro deuoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, AVXILIVM POSTULET; ut per militarem manum correpti accusati, sine damno atque laesione cuiuslibet Legionibus offerantur, & conuicti poenas subeant competentes -- TRIENI ETIAM SUE PRIMATES NUMERORUM (vel officiorum) QUI IN LOCIS SUNT, ADMONITI PER LITTERAS IUDICIS, SI ADMINICULUM MILITARE PRAEBERE NOLUERINT -- acerrima condemnatione ferientur.*

loci, vbi seruus delitescebat, directas, *b)* vel ipse magistratum, in cuius prouincia seruus morabatur, adibat, eiusque auxilium implorabat, atque is ex DIVORVM MARCI & COMMODI constitutione obligatus erat omni modo eius inquisitionem subleuare. *i)* Priori ergo casu vestigia quae-dam litterarum occurunt. Verum enim vero si has ratione animoque lustremus, facile quisquam diiudicabit, eas magis compulsoriales vel intercessionales, pro diuer-
fa

b) neque magistratus ei has de-negare poterant. Siue inquirens ciuis fuerit sine prouincialis.

I) Ciubis enim Teste **VLPIANO** Lib. I. ad Edict. Lex fa-uia prospexerat & Scrum Modesto consule latum, (quibus cautum) vt fugitiu[m] inquirere voluntibus, litterae ad magistratus dentur, multa etiam centum solidorum in magistratus statuta, si litteris acceptis inquirentes non adiuuent L. 1. §. 2. pr. ff. de Fugi-tiuis.

II) Prouincialibus teste **VLPIANO** Lib. VII. de Off. procons. rescri-

ptum Divi Pi[us] prospexerat. Verba eius sunt: *Diuus Pi[us] rescri-p[er]it, cum, qui fugitiuum vult re-quirere in praediis alienis, posse adire praesidem litteras ei da-turum.* L. 3. ff. de fugitiuis.

i) Ita **VLPIANVS** Lib. I. ad Edict. Est etiam generalis ep[istola] Diuorum Marci & Commodi, qua declaratur, & praesides & magi-stratus & milites stationarios, do-minum adiuuare debere (*in*) inqui-rendis fugitiuir. L. 1. §. 2. in f. ff. de fugitiuis, cf. L. 4. de off. praef. vigil.

§2 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

sa eorum, qui dabant, dignitate, quam requisitoriales dici
mereri. k)

§. XX.

b) AN IN INQVISITIONE IN RES FVRTO ABLATAS.

Ad res furtivas accedo. Hae autem dupli modo re-
quirebantur. Vel enim cum lance & licio l) ex latebris
furum eruebantur, qui modus vetustissimus erat m) &
iam Gellii temporibus in desuetudinem abierat. n) Vel
testi-

k) Simile tamen quid habent
cum mandatis comprehensoriis ho-
diernis, quae Steckbriefe dicuntur.

l) Quid lanx sit, quid licium? de
eo differere festinatio prohibet, vid.
tamen GELLIVS Noct. Attic. XI,
18. Ibid. XII, 3. IDEM l.c. XVI,
10. SVETONIUS Calig. cap. XXVI,
PETRON. Satyr. cap. XXXV. &
LVII. FESTVS ad vocem lanx.

ALEX. ab ALEX. gen. dier. VI,
10. TURNEB. XXX. aduers. 23.
FRANC. BALDVIN. comm. ad §.
4. Inflit. de Oblig. quae ex delicto
nascuntur. ARNOLDVS VIN-
NIVS in comment. ad cit. §. 4.
Infl. p. m. 737. HEINECCIVS
ad Vinn. l.c. & in Antiquit. IV, I,
§. 13 - 21. p. 166. - 173. ABRAHAM.
WILINGIVS de furto per lancem
& licium concepto. VLRIC. HV-
BERVS prael. ad Infl. ad tit. de
Obl. quae ex del. nasc. §. 7. p. 359.
IOAN. ORTW. WESTENBERG.
principia iuris sec. Ord. Infl. cit.
tit. §. 34. p. 173.

m) iam Athenis visitatus PLATO
de LL. XII. p. 691. SOCRAT. de
nubib. v. 498. VINNIUS l. cit. &
LL. XII. Tabb. Romae receptus.
HEINECC. l.c. §. 13. p. 167.

n) GELLIVS Noctib. Attic.
XVI, 10.

testibus adhibitis furtum in domo aliena quaerebatur. o) Qui modus iam ante Iustiniani tempora vsitatus, in locum prioris successisse videtur. p) Rerum autem furtuarum inuestigationem siue adhibitis lancis & licii solemnibus, siue testibus praesentibus facta fuerit, si in loco alterius, quam vbi furtum perpatratum erat, iurisdictioni subiecto instituenda esset, iisdem indiguisse eodemque modo conceptis litteris, quibus in persecutione fugitiuorum vtebantur, arbitror. q) Quare eadem de inquisitione in res furtiuas valent, quae supra (§. 19.) de persecutione seruorum fugitiuorum docui.

o) §. 4. *Inst. de Obl. quae ex delicto nasc.*

p) *VINNIUS in comment. ad Inst. l.c. p. 737.*

q) Namque 1) actus intra limites alterius iurisdictionis suscipien-

dus erat, vt in persecutione fugitiuorum 2) & in inquisitione in res furtiuas & in inuestigatione seruorum fugitiuorum res aliqua furto ablata requirebatur. vid. supra §. 19. in f.



CAP. II.

E

CAP. II.

DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS EX VSV
IVRIS IVSTINIANEI.

§. XXI.

i) AN EX EIVS PRINCIPIIIS OBTINEANT.

Exposita litterarum requisitorialium ante iustiniani aetatum formula, de iis nobis nunc agendum erit constitutionibus, quae a iustiniano conditae ad naturam litterarum requisitorialium ex nouioris iurisprudentiae principiis determinandam spectant. Atque si animo paullo altiori hanc rem consideramus, pauca quidem in iure iustinianeo occurrunt litterarum requisitorialium vestigia, magis tamen perspicua atque clara quam ea, quae ex priscis reipublicae moribus de hisce litteris manserunt.

§. XXII.

a) IN CAVSIS CIVILIBVS.

i) *in citatione.*

Sede imperiali Constantinopolim translata mutatam esse citationis naturam, iam supra monui. r) li ergo, qui quon-

r) Csp. I. §. 10.

quondam vi priuata in ius vocabantur, nunc per adparatores s) publica iudicis citabantur au^toritate. Quum autem adparatores eiusmodi in alterius iudicis territorium temere mitti non potuerint, tum quia iudex, qui eos mitteret, extra fines suae iurisdictionis priuatorum sortem non egredetur, t) tum quia non LL. modo antiquioribus u) verum etiam imprimis Iustiniani x) omnis iurisdictionis turbatio quam grauissime proscripta fuerit: Iustiniani aeui moribus consuetudo illa per litteras subsidiales citandi optimo confilio aprobata est y). Quamuis autem Iustinianus litterarum requisitorialium in citatione aequitatem perspiciens, earum caussam grauissime suscep-
perit,

s) L. 3. & 7. pr. C. de praescript. 30. v. 40. annor. L. 3. C. de ann. ex-cept. Nou. 53. c. 3. Nou. 97. c. 3. Nou. 69. c. 1. Nou. 112. c. 2.

t) L. 20. D. de iuri d. REBVF. de litteris reg. §. 1. in op. p. 284.

u) VIPIAN. Lib. XXXIX. ad Sabinum L. 1. §. 2. ff. de tutor. & curat. datir. PAVLVS Lib. XIII. ad Sabin. L. 3. ff. de Off. praefid. IDEM Lib. I. ad edict. L. 20. ff. de

iurisd. GAIUS L. I. ad Edict. prou. L. II. §. 2. ff. ibid.

x) Praeter iam allegatas LL. addendae sunt L. 23. C. de testam. L. 41. C. de episc. & cleric. arg. L. f. C. unde vi.

y) COLER. de proc. Executio P. III. c. 7. n. 40. PETRI MULERI tract. de cit. subsidiaria cap. 2. thes. I. p. 10.

36 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

perit, certis tamen eas circumscripsit cancellis, de quibus nunc agendum nobis erit.

§. XXIII.

a) QVID IN IVEICE REQUIRENTE DESIDERETVR.

Atque ut primum de iudice requirente differamus, non cuiilibet iudici reum mediantibus litteris requisitorialibus, ex alterius iudicis territorio euocare licet, verum hoc priuilegium iis tantum concessum est, qui iurisdictione z) gaudent a) & quidem in reum competente. b) Si quis igitur iudex, cui in citandum iurisdictione non competit, litteras de eo citando miserit subfidales, & iudex, ad quem missae sunt, citationem negligere, & is, qui citatus est, obedientiam denegare ei poterit. c)

§. XXIV.

z) Siue eam habeant i) proprio iure, siue 2) alieno beneficio, is enim, cui mandata iurisdictione est, fungitur vice eius, qui mandauit, L. 16. D. de iurisd. arg. L. I. §. 5. & L. 5. D. de off. ei. cui mand. est iurisd. coni. cum L. 2. D. de iurisd.

Siue denique 3) ex partiam prorogatione tum voluntaria, arg. L. I. ff. de iudic. L. 14. D. de iurisd. tum necessaria L. 22. D. de iudic. coni. cum L. 2. D. de iurisd.

a) Hinc arbitri eas mittere non possunt, quum iurisdictione sint destituti L. I. L. 13. §. 2. D. L. pen. C. de recept. qui arbitr. L. 14. pr. C. de iudic. coniunct. cum L. 3. C. de iurisd. nec oblit. L. 48. §. 1. ff. de Arbitris.

b) arg. L. I. D. de in ius voc. PETR. M VILER l.c. Thes. 3. p. II.

c) citatio enim hoc casu est ipso iure nulla. BRVNNEM. ad L. 20. D. de iurisd. n. I. p. 46. MEV.

P. III.

§. XXIV.

β) QVID IN IUDICE REQVISITO.

Quum vero citatio in citante superioritatem, in cito-
tando autem inuoluat subiectionem d) is etiam, qui ad al-
terius iudicis preces citandum vult vocare, iudex eius
competens sit necesse est. e) Sicuti enim priuatorum con-
fensus *iudicem non facit eum, qui nulli praefest iudicio f)* ita
nec requisitio alterius iudicis iurisdictionem tribuit ei, qui
iuris dicendi potestate, intuitu citandi, destitutus est. g)

§. XXV.

γ) CVINAM CITATIONIS INSINVATIO FACIENDA.

Expositis iis, quae in iudicibus desiderantur, pro-
gredior ad eorum descriptionem, quae ad insinuationem
citan-

P. III. dec. 305. & is, qui litteras de-
dit, non potest contra citatum tam-
quam contumacem procedere. 10-

ACHIM MYNSINGER a FRÜNDECK
cent. VI, Obs. VII. MENOCHIVS
remed. *recup. poff. V. n. 16. PETR.*

BARBOSA ad L. 5. ff. *de iudic. n. XI,*
fqq. BRVNNEMANN. *ad eam-*
dem L. n. II. p. 197. nec obſt. L. 2.

π. ſi quis in ius voc. & L. 5. ff. de

iudic. hae enim de caſu agunt, vbi
iurisdictionis competentia dubia eſt.
BRVNNEM. l. c.

d) BOER. *Dec. Burdegal. VIII,*

n. 5. PETR. MULLERVS. l. c. cap.

2, theſ. I. p. 10.

e) arg. L. 3. pr. D. *de off. praefid.*

f) L. 3. C. *de iurisd. omn. iud.*

g) REBVF. *cit. tr. §. 22. p. 282.*

33 DISS. I DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

citando legitime faciendam pertinent. Insinuatio autem post datas litteras subsidiales, non citato immediate fieri potest, sed iudici seu magistratui, sub quo degit citandus, b) eo animo, vt is reum cogat ad se sistendum, facienda est i). Sin autem iudex, cui subiectus est citandus, adparitori a iudice requirente missa licentiam dederit citationem insinuandi, & adparitorem non posse violatae alterius iurisdictionis argui, & reo imponi obligationem comparendi, expediti iuris est. k)

§. XXVI.

2) IN TESTIMONII DENUNCIATIONE.

a) in testium euocatione ex territorio requisiti.

Haec tenus de citatione. Sequitur testimonii denunciatio, quae si testibus in alieno territorio degentibus facienda est, eodem, quo citatio modo, litteris munita esse debet requisitorialibus. l) Verum enim vero quum testium euocatio, interdum moribus ciuitatis, ex qua euocandi

b) arg. L. I. §. 2. in f. dereq. reis cap. III. thes. 6. p. 35.
5 abs. damn. ME VIVS conf. 93. num. 66. k) MEV. P. IV. dec. 328. n. 5.
i) PETR. MULLER cit. tr. l) REBVF. cit. tr. §. 29. p. 286.

candi sunt testes, repugnet, interdum vero ob locorum distantiam, summis exposita sit difficultatibus; Iustinianus, vt & partibus *m)* & testibus *n)* succurreret, duplēm praestituit modum in examinandis testibus, alterius, quam vbi iudicium acceptum, iurisdictioni subiectis, a iudicibus obseruandum. Iustiniani videlicet Legibus cautum, vt si vel locorum a se inuicem distantia *o)*, vel ciuitatis, in qua testes degunt, diurna consuetudo *p)* testium prohibeat

m) Nam testibus & sumtus itineris & alimenta debentur. PETRV S BARBOSA ad L. 79. ff. de indic. n. 223. MENOCH. Lib. II. A. Qu. casu 310. n. 19. SVRDVS de alimen-
tis Tit. I. qu. 62. RVLAND de commiss. P. I. Lib. III. c. 13. n. 3. quae omnia producens praestat, L. 16. §. 1. C. de testib. L. 11. C. ib. aut si utraque pars eos producat, sumtibus communibus facienda FARIN. qu. 67. SVRDVS l.c. T. IV. qu. 21. n. 2. GAIL. Lib. I. Obs. 99. in f. BRVNNEM. ad L. 2. & 3. ff. de testib. n. 18. & 20. p. 706.

n) qui longum iter suscipientes

rem familiarem negligunt. cf. PETRV S MÜLLER l. c. cap. III. Thes. 10. p. 39. & L. 7. ff. testam. quemadm.

o) Ita enim L. 3. §. 6. ff. de testibus: *testes non temere euocandi sunt per longum iter.* cf. L. 7. ff. testam. quemadm. COLER. Proc. Exec. P. I. cap. III. n. 200. & 204. BRVNNEM. ad L. 2. & 3. ff. de testib. n. 24. p. 707. SCHILTER exerc. ad ff. 7. th. 9.

p) L. 3. §. 6. ff. de testibus. *Quod ad testes euocando pertinet, diligentiae iudicantis est explorare, quae consuetudo in ea provincia, in qua*

40 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

hibeat euocationem, iudex requisitus ipse proninciam testes examinandi suscipere teneatur. Sin vero locorum neque longinquitas, neque obseruantia, testimoniū euocationi contraria sit, Iustinianus iudici requirenti testes per litteras requisitoriales ad forum suum euocandi, licentiam dedit. q)

§. XXVII.

b) IN EXAMINE TESTIVM APVD REQVISITVM
PERAGENDO.

Quodsi autem examinatio testimoniū a iudice, qui requisitus est, suscipi debeat r), non eam quomodo cunque fieri sufficit, sed eam rite atque legitime peragendam esse LL. praecipiunt. Quae quum ita sint, facile adparet, non articulorum modo exemplum, a iudice requirente esse transmitten-

qua iudicat, fuerit: nam si PRO-
BABITVR, SAEPE IN ALIAM
CIVITATEM TESTIMONII
GRATIA PLEOSQUE EVO-
CATOS, non esse dubitandum,
quin euocandi sint, quos necessarios
in ipsa cognitione deprehenderit.

q) L. 3. §. 6. ff. de testib. coni.

cum L. 18. C. de fide instrum.

r) Hoc plerunque a iudicis re-
quisiti pendet arbitrio. MANZ. in
cent. dec. qu. 54. RAVCHE. P. I.
qu. 13. n. 9. COLER. l. c. P. I. c. 7.
n. 44. BRVNNE. ad c. L. 2. & 3.
de testib. n. 27. p. 707.

mittendum, s) verum etiam partes a iudice requisito esse
mediantibus litteris citandas, t) ut vel ipsae, vel per procu-
ratores compareant, & testium depositiones audiant. u)
Quo facto die huic actui praestituta examinatio ipsa susci-
pitur, x) atque testimonium testium in tabulas relatum
iudici, qui requisivit, transmittitur. y)

§. XXVIII.

s) RVLAND. de Commiss. P. I. titionibus sub virtutibusque partis prae-
Lib. V. cap. 4. n. 14. MÜLLER L. fentia factis, res ad eos referatur.
cit. Cap. III. thes. 10. p. 40.

t) cf. supra §. 22. HARTMANN.
II. Pract. 18. Obs. 6. GOTHOFRE-
DVS ad L. 18. C. de fide inscr. n.
17. FARINAC. qu. 77. n. 116.

u) Ita enim Justinianus in L. 18.
C. de fide inscr. Iudices (ait) siue
in hac inclita urbe siue in prouinciis
(secundum) ea, quae dispositum,
ut possint se hoc perspicerint, occa-
sione testium, in aliis locis degen-
tium litigantes vel procuratores vo-
res eorum ibi destinare, et depof-

F

y) GAIL. Lib. I. Obs. 96. n. 9.
FARIN. l. c. n. 143. BRVNNEM.
ad c. L. 18. n. 4. p. 408. Nou. 90. c. 5.

§. XXVIII.

3) IN EXECVCTIONE SENTENTIARVM.

Vltimum denique locum occupat sententiae executio, quum & haec extrellum in iurisdictione sit. a) Non autem statim post rem iudicatam proprio iudicis motu executio fit b), verum ille iudex, qui mixtum imperium habet, ut sententiam executioni det, implorandus est c). Eamdem ob rationem inuenta est actio iudicati, cuius ea est ratio atque natura, ut coram quocumque iudice victi competente institui queat. d) Si quis igitur victor exstitit, atque executio in bona intra limites alterius iurisdictionis sita, facienda est, duobus modis succurriritur ei, secundum quam lis data fuit. Namque & is actionem iudicati coram eo iudice mouere potest, cuius potestati subiecta sunt bona executioni danda, & si hoc noluerit, iudicem, qui sententiam

tulit

a) L. 1. ff. §. 1. si quis ius dicenti non obtemperauerit.

b) arg. L. 29. §. 2. ff. mandat. & L. 31. in ff. ad L. Aquil.

c) L. 3. & 4. ff. de Iurisd., L. 26. D. ad municip.

d) L. 1. §. 6. D. de magistratib. conueniendis. IOANNES GUILIELMVS

REYMANN de executione subsidiaria cap. I. §. 4. p. 5. GEORG. ADAM. STRVVE exercit. ad ff. Lib. XLIV. §. 17. GUNTHERI MARTINI commentarii forens. T. II. p. 186. Tit. 38. §. 1. num. 146. vid. & ea, quae supra notauit ad §. 12. num. 4.

tulit, implorare potest, vt & eam executioni dari curet, quam pronunciauit sententiam. Priori quidem casu litteris requisitorialibus opus non est, posteriori autem adeo sunt necessariae, vt sine iis sententia lata effectu destituantur omni. e)

§. XXIX.

e) AN IVDEX REQVISITVS DE CAVSSA ADHVC COGNOSCERE POSSIT.

Mittendae igitur sunt posteriori casu litterae ad eum, cui potestas est sententiam executioni dandi, inque iis requirendus est, vt rei iudicatae satisfieri iubeat. f) Hic autem quaestio occurrit, an index requisitus de causa adhuc illa cognoscere possit? Verum enim vero, quum iudex hic executoris sustineat vicem, g) executorem autem de causa cognoscere

e) Namque neque index pronuncians sine iis executionem peragere potest. L. 3. D. de Off. praefid. BERLICH P.I. conclus. 79. num. 30. neque is, cuius potestatis bona subiecta sunt, alieno processu se immiscere potest, nisi requisitus sit. MYNSING. cent. VIII, Obs. 68. MEV. P. VI. Dec. 202. n. 5. ZAVNSCHLIEF-

FER de off. iud. suppletor. P. IV. concl. 16. §. 1. n. 1. REYMANN. I. c. C.H. §. 4. p. 18.

f) IOANNES VOETIVS in comment. ad D. T. II. Lib. XLII. Tit. I. §. 41. p. 787.

g) PETR. MULLERVS cit. Traclz. cap. III. thes. 9. p. 39. arg. L. 8. C. de execut. rei iudicatae, ibi:

44 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

gnoscere nefas sit, b) nisi fraus i), aut insanabilis quae-dam vti dicunt nullitas k), eaque statim liquida l) occur-

executorem eum solum esse manife-stum est, qui post sententiam inter partes, audita omni & discussa lite, prolatam, rei iudicatae vigorem ad effectum videtur adducere, cuius Legis ratio ad indicem requisitum eo maioriadplicari potest iure, quin ei sicut executori (ANT. FABER Lib. VII. C. tit. 20. def. 9.) non causae cognitio, sed ipsa tantum execu-tio iniuncta sit.

b) Ita L. 6. C. de execut. rei iud. Si vt proponis rerum iudicatarum executor partes sibi iudicis vindicauerit, & contra ea qua-pridem pro partibus tuis fuerint statuta aliquid pronunciandum putauit: sententia ab eo dicta vim rei iudicatae obtinere nequaquam potest.

i) Sic enim constitutum in L. 4. C. si contra ius vel utilitatem publ. Et si non cognitio sed executio man-datur, de veritate precum inquiri oportet, ut si fraus interuenerit de omni negotio cognoscatur.

k) Condemnatum enim accipere debemus cum qui rite condemnatus est, vt sententia valeat. L. 4. §. 6. D. de re iud. MENOCH. de A. Q. Lib. I. qu. 90. num. 9. quare si quis non rite condemnatus est, plane non condemnatus esse censetur sieque executio contra eum fieri nequit. BART. ad cit. L. & BRVNNEM. ad eam n. 13. p. 377. de quo iudex requisitus summarie cognoscat, REY-MANN. I. cit. cap. I. §. 7. p. 11. si que parti iniuriam fieri deprehendat, re-tardata executione ad requirentem referat necesse est. MEV. P. I. Dec. 143. MULLER cit. tract. III. 9. p. 39. BRVNNEM. ad L. 4. π. de Ad-pell. num. 6. p. 616. LAVTERB. Coll. T. P. Tit. de re iud. §. 33. p. 309.

l) Si obscura adhuc nullitatis ex-cep-tio est, executio non impeditur STRVV exercit. 50. theor. 20. REY-MANN I. cit. sed exceptio haec vti reliquae omnes, ad iudicem requi-

rat, in iis quae merita causae concernunt, denegandam esse iudici requisito omnem pronunciandi *m)* licentiam, in iis autem, quae ipsam executionem *n)* eique oppositas exceptiones *o)* spectant, concedendam ei esse manifestum est.

§. XXX.

B) QVANDO EXECVTIO SVSCIPIENDA.

Ceterum quum litterae requisitoriales non antea mittendae sint nisi elapso legitimo tempore, *p)* i. e. posteaquam

requirentem remittenda est *MEVIVS* *o)* Conf. *BERLICH.* *I.* cit. n. *Conf. VI,* Dec. *IV.* *GAIL.* *Lib. I.* 74. seq. *GAIL.* *Lib. I.* *Obs. 113.* num. *Obs. 113.* num. 8. *BERLICH.* *P. I.* 8. & *L. II.* *Obs. 17.* *concluſ. 79.* num. 43.

m) attamen Interpretatio ei conceditur *L. 4.* §. 1. ff. *de Adpellat.* (quamvis si male interpretatus sit, ab eo ad appellari possit. cit. *L. 4.* §. 1. *MEV.* *P. III.* dec. 264. n. 3. *BRVNNEM.* *ad cit.* *L. n. 2.* p. 616.) & 2) reliqua iura quae supra executori tribuimus.

n) De iis namque etiam executor cognoscit *L. 15.* §. 4. ff. *de re iud.* *MYNSING.* Cent. *III.* *Obs. 69.* *BERLICH.* *P. I.* *concl. 79.* num. 44. *BRVNNEM.* *ad L. 6.* *C. de exec.* *rei iud.* n. 3.

o) *Conf. BERLICH.* *I.* cit. n. 74. seq. *GAIL.* *Lib. I.* *Obs. 113.* num. 8. & *L. II.* *Obs. 17.*

p) Quod in realibus statim post rem indicatam, quia res illico est resituenda, elapsum censetur, arg. §. 2. *Inſt. de Off. iud.* *L. 68.* π. *de rei Vind.* *UMM.* *D. 23.* th. 3. num. 17. *BACH.* *D. 23.* th. 5. lit. C. in personalibus olim secundum *LL.* *xii.* *TAB.* *XXX.* dierum erat, *GELL.* *L. XX.* e. 1. postea duorum mensium *L. f.* §. 1. *C. de vſur.* *Rei iud.* *L. 2.* *C.* *Theod.* *Tit. cit.* *IANVS VINCENTIVS GRAVINA* origin. *Iuris Civilis* pag. 244. seq. & denique a Iustiniano ad quatuor menses extensus est. *L. 2.* *L. 3.* §. 1. *C. cit. tit.*

F 3

VLRIC.

quam apparuerit fore vt condemnatus morem non gerat sententiae, q) persuadere mihi non possum , ex iuris Romani principiis requisito necessitatem imponi, mandata adhuc monitoria de restituendo, vel soluendo, ad condemnatum mittendi. r) Illud tamen inficias non eo eiusmodi mandata & in personalibus & in realibus adhiberi, nouumque a iudice requisito terminum, condemnato praestitui posse, quoniam iudici executionis terminos pro earum quae circumstant rerum varietate, prorogare licitum est s).

§. XXXI.

v) QVOMODO FACIENDA.

Vnum adhuc monendum superest, quonam modo executio facienda sit, si nempe iudex requirens sententiam se-

cundum

ULR. THOMAS LAVTERE. C. T. P.
L.c. §. 34. p. 210. IOANN. GEORG
GIVS ESTOR cit. diff. de iure ma
gistratus non rogati a iudicante exe
quendi sententiam quam tulit magi
stratus prou. alius. c. II. §. 19. p. 14.

q) Litterae enim de execundo
requisitoriales antea mitti non pos
sunt quam executio facienda, execut
io autem non antea facienda quam
si appareat condemnatum sponte,
debito tempore parere nolle. ULR.

THOMAS. LAVTERBACH C.
T. P. Tit. de re iudicata §. 32. p. 308.

r) Dissent. MEV. P.VI. Dec. 4. n.
3 & REYM. Cap. II. §. 6. p. 20. ob L.
47. ff. de re iud. verum haec Lex
huc non pertinet quum in ea de
contumacia eorum qui citationi mo
rem non gerunt, punienda agatur.

s) idque tam in actionibus rea
libus §. 2. Inst. de Off. iud. quam in
personalibus L. 68. D. de R.V. L. 2.
ff. de Re Iud. M E V. P. IV. dec. 400.

cundum statuta loci sui particularia tulerit, eaque statutis loci, vbi executio peragenda, repugnant. Atque ego quidem putarem quoad decretam executionem ipsam iudicis requirentis statuta esse sequenda *t*), quoad formam autem executionis, eius iudicis, vbi executio postulatur, praeualere statuta. *u*)

§. XXXII.

b) IN CAVIS CRIMINALIBVS.

i) In adprehensione reorum. x)

Romanorum Legibus quum bene atque sapienter es-
set constitutum, ut eodem crima vindicarentur loco, quo
per-

t) TEXTOR in prax. iud. P. I. cap. 14. n. 34. REYMANN l. c. cap. II. §. 6. p. 21.

u) SANDIVS Dec. Frif. Lib. I. T. 12. D. 5. PETR. MÜLLER cit. tr. cap. III. thes. 9. p. 38. MEVIVS von wucherlichen Contracten P. II. cap. 8. §. 9.

x) in causis quidem civilibus etiam interdum fugientes litteris prosequuntur accusatoriis. L. 10. §. 16. ff. quae in fraud. cred. coni. cum L. 13.

*§. 3. C. de iud. Nou. 17. c. 14. atque ad-
prehenduntur c. L. 10. §. 16. ff. quae
in fr. cred. L. 3. C. de exacterib. tri-
butor. atque in causis criminalibus in-
terdum verbali citatione seu denun-
ciatione vocantur. L. 1. §. 2. ff. de re-
quir. reis. Quum vero citatio rea-
lis a potiori in causis criminalibus,
verbalis vero in civilibus obtineat,
de hac in iudiciis priuatis, de illa ve-
ro hic agendum esse existimauit.*

perpatrata essent, y) quo ii inter quos admissum esset facinus, lugubri vindictae deterrentur spectaculo, z) facile colligi potest, eos, qui delictum commiserant, si fuga sua poenae seueritatem cuitare studerent, non ab omni immunes fuisse inuestigatione. Namque & erant, qui eos in prouincia, vbi deliquerant, requirent a) vt Diocmitae, b) fugitiuarii, c) latrunculatores, d) prosecutores *) li-menarchae, stationarii, **) & si prouinciam mutassent, Praefides, in quos cura in facinorosos animaduertendi homines, vna cum gladii potestate translata erat, e) simulatque locus in quo reus delitescebat, ad eorum peruenierat notitiam, f) litteris accusatoriis ad illius loci magistratum

y) L. 22. C. de accusat. & Inscript. L. 14. C. ad L. Iul. de Ad-
ult. L. 4. §. 4. L. 22. D. de accusat.
L. 10. & 16. C. Theod. BOEHMER
de delictis extra territorium ad-
missis §. 2. p. 4.

z) L. 28. § 15. ff. de poen. LEYS.
Vol. II. Med. ad ff. sp. 74. m. 6. p. 98.

a) HENR. SAMUEL ECK-
HOLD de litteris incarceratedis
patentibus cap. II. §. 4. p. 14.

b) CASAVBONVS ad Capito-
lin. in N. Anton. Philosopho. c. 2.

c) L. 18. ff. de praescript. verbis.
d) SVETON. in Octau. c. 32.
ECKHOLD l.c. p. 15.

*) arg. L. 7. ff. de custod. & ex-
hibit. reor.

**) L. 4. ff. de fugitiis.
e) L. 33. L. 13. pr. Off. praefid.
f) L. 7. D. de custod. & exhib.
reor. Nou. 134. c. 5. Auth. si vero C.
de custod. & exhib. reor, ante au-
tem quam locus, vbi moraretur reus,
ad notitiam eorum peruenierit, lit-
teras

stratum per officialem g) missis , b) vt comprehendetur scelestus ipsisque remitteretur, exigere tenebantur. i)

§. XXXIII.

QVOMODO REMISSIO A IUDICE REQVISITO FACIENDA.

Duobus autem modis haec delinquentium petita remissio suscipi potest. Namque praeses rogatus vel propriis requirentis persecutoribus stipatum remittere reum potest k) quod tunc in primis obtinet, si litterae ad requiritum missae hoc exigant l), vel etiam reo suos officiales comites

teras incarcatorias, quas patentes vocant, missas a praesidibus esse, de eo nullum mihi occurrit vestigium, potius tunc edictis citatos esse reos docet Nou. 134. c. 5. pr. & arg. L. i. §. 2. ff. dereq. reis.

g) BRVNNEMANN. in comm. ad C. L. 2. C. de exhib. & transmitt. reis. n. 2. p. 1082.

h) Ita c. L. 7. ff. de custod. & exhib. reor. Solent praefides prouinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores facinorosi agere dicuntur, & desiderare, ut cum prosecutoribus ad se remittan-

tur: & id quoque quibusdam re-scriptis declaratur.

i) Si vero cognoscatur, quod in alia prouincia degit, IUBEMVS prouinciae illius iudicem, in qua pec- cari quid huiusmodi contigerit, epistles publica vti, ad prouinciae illius iudicem, in qua delinquens persona degit: sunt verba Nou. 134. c. 5. eodem modo eadem verba repetita legimus in Auth. si vero C. ad L. Iul. de Adult.

k) L. 7. D. de custodia & exhib. reor.

l) REBVE. tr. de litter. requ. G §. 10.

50 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

comites potest dare *m)* si vel repetitam rei fugam, vel aliud quid in adparitoribus requirentis metuat.

§. XXXIV.

2) IN TRANSPORTATIONE REORVM PER ALIENVM
TERRITORIVM.

Supra quum de adprehensione reorum agerem, delinquentes in territorio comprehendendi non posse alieno, quoniam ius comprehendendi & submouendi ei solum competit, qui territorio praefest, *n)* docui. Verum longe alia est ratio transportationis per alterius iurisdictionis territorium. Quamuis enim ius comprehendendi a iurisdictionis dependeat potestate, non tamen ius ducendi captiuos eidem potestati coniunctum est *o)*. Hinc nec transportatio rei per alienum territorium iurisdictionem iudicis alterius turbat *p)*, adeo & is ea interdicere iudici non potest *q)*. Accedit adhuc, quod nemini liceat prohibere

alte-

§. IO. p. 285. JACOBVS de BELLO missione facinororum corumque visu in Praet. tit. de remiss. facinor. n. 82. arg. L. 7. c. D. de custodi. & exhib. reor.

transportatione per territorium alienum cap. IV. §. 3. p. 29. in f.

p) BE SOLD. de iurisdictione Imp. Rom. p. 100.

q) IDEM l. c. ANDREAS MYLIVS l. cit. p. 29. pr.

o) ANDREAS MYLIVS dere-

alterum via vti publica, r) quodque is, qui hoc fecerit, iniuriarum teneatur s). Quae quum ita sint, transportationem delinquentium per alienum territorium omissa litterarum requisitorialium solemnitate fieri posse arbitror).

§. XXXV.

3) IN EVOCATIONE TESTIVM.

In eo iudicia publica cum iudiciis priuatis intuitu testium euocationis ex territorio alieno facienda, consentiant, quod in utrisque euocatio litteris munita esse debet requisitorialibus u). In eo autem in diuersa abeunt, quod in causis ciuilibus examen testium iudici requisito possit committi, in criminalibus causis fieri nequeat x). Namque in iudiciis publicis, vbi de magnis est periculum y)

maio-

r) L. II. C. de seruit. & aqua.

s) arg. L. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. arg. L. 13. §. 7. ff. de Injur.

t) consentiant mecum WESSEN-BEC. consil. 33. n. 53. CEPHAL. consil. 539. n. 77. CAEPOLLA de seruit. praed. rus. c. 3. n. 17. BE-SOLD. Vol. II, consil. 238, & MY-LIVS l.c.

u) Nou. 90. c. 5.

x) c. Nou. 90. c. 5. Auth. apud eloquentissimum C. de fide instrum.

y) Verba sunt cit. Auth. ex quibus colligunt, etiam in causis arduis ciuilibus tesles a iudice requisito remittendos esse, TREN TAC. Lib. II. Tit. de testibus resol. X. num. 2. CAPIC. dec. 90. num. 15. verum minus recte ob verba vlt. cit. auth.

52 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

maiori quam in iudiciis priuatis opus est circumspetio-
ne. Non igitur iudici sufficit scire, quid testis edixerit,
sed & opus est scire, quo vultu deposuerit, & interdum, si
vacillans fuerit, eum tormentis subiici necesse est^{z)}). Qua-
re in criminalibus caussis testium examen alteri deman-
dari non potest, verum testes *omnibus modis apud iudices pree-
sentari*, ibique *quae sunt eis cognita, edocere tenentur a).*

§. XXXVI.

4) IN EXECVTIONE SENTENTIARVM.

Litterarum requisitorialium in sententiarum executio-
ne eo maiori iure desunt vestigia, quum si absens fuerit
reus,

*z) BRVNNEM. ad cit. Auth. n.
1. p. 708. Auth. cit. cuius verba sic
concepta sunt: Apud eloquentissimum
aliquem iudicem vel defensorem ci-
uitatis sue a prouincia in prouin-
ciam, vel ab urbe in urbem, sue ab
urbe in prouinciam haec petantur:
sed hoc in ciuilibus tantummodo
caussa: NAM IN CRIMINALIBVS TE-
STES APVD IUDICES REPRESEN-
TANDI SVNT, & cum res exegerit,
tormentis subiiciendi. eodem modo
Nou. 90. c. 5. in f. cuius compen-*
*dium continetur cit. Auth. Haec
omnia in pecuniariis quaestioneibus
intelligentes; IN CRIMINALIBVS
ENIM, in quibus de magnis est pe-
riculum, OMNIBVS MODIS APVD
IUDICES PRAESENTARI TE-
STES: & quae sunt eis cognita,
edocere: ubi & tormentorum forsan
erit opus, & aliis omnibus obserua-
tionibus.*

*a) GAIL. Lib. I. Obs. 96. num.
10. FARINAC. qu. 77. c. 2. num.
71. & seqq. BRVNNEM. l.c.*

reus, litterae non ad ple&tendum eum, sed ad remittendum darentur. b) Evidem in libris Iureconsultorum antiquioris aeui & legibus ex iis desumptis relatum legimus c), reum foro priuilegiato gaudentem d) post peractam in foro delicti criminis cognitionem in criminibus leuioribus e) cum elogio esse remissum ad iudicem fori illius, quod ex priuilegio reo competebat. Verum enim vero hoc elogium non sententia erat, sed titulus perpatrati criminis f) & in litteris a iudice remittente datis non ut sententiam executioni daret, sed ut ipse eam ferret, petebatur is, ad quem reus remittebatur.

§. XXXVII.

2) QVOMODO LITTERAE REQVISITORIALES OBTINEANT.

a) De earum forma.

Ius Iustinianum an, & quando litterarum quas requisiitoriales dicunt, praefiniat vsum, de eo ha&etenus differui.

Super-

b) per supra §. 32. deducta.
c) CELSVS Lib. 37. D. illud, inquit, a quibusdam obseruari solet, et quoniam cognovit & constituit, remittat illum cum elogio ad eum, qui prouinciae praefest, unde is homo est, quod ex causa faciendum est. L. II. §. I. de custod. & exhib. rcor.

d) MODESTINVS Lib. IV. de poenis in L. 3. pr. de re militari.

e) G. LVD. BOEHMER cit. diff. de delictis extra territorium admissi §. 3. not. d. p. 6.

f) L. 6. D. de custod. & exhib. rcor. L. vlt. C. Theod. de nauicular. BOEHMER l. c. in f.

G 3

54 DISS. I. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

Supereft, vt de forma earum atque effectu ex eiusdem iuris principiis adhuc agam.

Et primum quidem quod ad formam adtinet omnium litterarum requisitorialium, earumdem ita comparata est indoles, vt debeat *l)* esse publicae *g)* ne eis publica possit denegari fides, *II)* continere requisitionem, *b)* & denique *III)* rationem requisitionis *i)* indicare *k)*.

§. XXXVIII.

b) DE FAVVM EFFECTV.

Ita conceptae litterae eo gaudent ex iuris Romani principiis effectu, vt neque in ciuilibus *l)* cauſis neque in crimi-

g) Nou. 134. c. 5. Aut *b. severo C.* ad *L. Iul. de adult.*

h) *L. 1. ff. de requir. reis v. ab-
fentib. damn.*

i) REBVF. *I.c. §. 7. p. 284.* quae imprimis in apprehendendis reis coniuncta esse debet cum informacione cum de delicto a profugo commisso tum de fama & condicione eius, quam incarceratio quippe quae maculam adfert, eamque non exiguum, temere a iudice

requisito fuscipi non possit. REBVF. *I. c. §. 12. & 13. p. 285.* ibique laud.

k) Si testes a iudice requisito examinandi sint, praeterea adhuc articulorum tabulae transmitti a requirente debent, de quo vid. supra §. 26.

l) *L. 1. §. 2. ff. de fugitiuis. arg.* *L. 3. §. 6. D. de testib. L. 18. C. de fide instrum.* *Nou. 90. c. 5.*

criminalibus *m*), iudici requisito liceat auxilium, quod a requirente imploratum est, denegare. Quumque orbis romani; quamvis in eo diuersae fuerint iurisdictiones, idem tamen esset territorium, atque imperatorum interesset, ut ne prava iudicium requisitorum detrectatio iudiciorum susteret cursum, tum poena pecuniaria *n*) tum cinguli interdum priuatio in eos statuta est, qui iurisdictionem alterius pertinacia sua retardarent. *o*)

m) Nou. 134. c. 5. Auth. Si ve-
ro. C. ad L. Iul. de Adult. Nou. 90. c.
5. Auth. apud eloquentissimum iud. C.

n) L. 1. §. 2. ff. de fugitiis.
Nou. 134. c. 5.
o) Nou. 134. c. 5. Auth. si quis
C. ad L. Iul. de Adult.



P. 466. 21. 11. 17. 18.

1. In der Zeit der Kaiserin Maria Theresia und
des Kaisers Joseph II. wurde die
Gesetzgebung im Reich und in den
Königreichen und Herzogtümern
der Habsburgermonarchie in
einem neuen Maße geprägt.
Die Veränderungen, die in
dieser Zeit eingetreten sind,
wurden durch die
Reformen des Kaisers Joseph II.
und durch die
Einführung der
Neuverfassung von 1781
und der
Neuordnung der
Verwaltung und
Justiz.
Die Veränderungen
in der Gesetzgebung
und in der Verwaltung
wurden durch die
Reformen des Kaisers Joseph II.
und durch die
Einführung der
Neuverfassung von 1781
und der
Neuordnung der
Verwaltung und
Justiz.



10.28

ULB Halle
001 549 545


3



sb







Pra. 8. num. 10.

1758, 10^a

2466.

DISSE
TATI
O PRIMA
DE
LITTERIS REQVISITORIALIBVS
EX VSV ROMANORVM ANTIQVIORI
ET RECENTIORI

QVAM
DE O F A V E N T E
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIP E AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO II.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI

BRVNNSVICENSIVM ATQVE LVNEBURGENSIVM DVCE
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE ET CONSENSV INCLYTI IVRECON-
SVLTORVM ORDINIS

PRO SVMMIS

IN VTROQVE IVRE HONORIEBVS OBTINENDIS
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
CHRISTIAN. IAC. DE ZWIERLEIN

WETZLARIENSIS

S. T. G. M.

CAL. APRILIS CCCCCLVIII.

GOETTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA, CVRANTE F. A. ROSENBUSCH

